

CHRISTI
1048.DAMASI II. PAP.
I.HENRICI II. IMP. 2.
CONST. MON. IMP. 6.VIII.
Turcarum
progres-
sus.

de, quod opus adhuc integrum extat. Quod ad res pertinet Orientis, hoc ipso anno, Indictione prima, Turcæ, qui ad boreales partes Cavenis montis sedes habuere, seque patriis finibus continuere, nec inde nisi ad stipendia invitati, recedere consuevere: eadem occasione a Persarum Rege Sarraceno vocati, ab eodemque male habiti, in ipsum arma convertentes, felici successu Perfide sunt potiti; ex hisce eventis audaciores redditus, adversus Romanum Imperium arma moventes, eo domito tandem, potiti sunt. Cœpta ista quidem, hoc anno, eadem Indictione, Curopalata testatur, resque tunc sub Constantino Monomacho gestas fufus scribit: ex quo Cedrenus & alii descriperunt. Ita qui-

PAGIUS
VII.
Mignitu-
do Turca-
rum ab
hoc tempo-
re repeten-
da.

Ad n. VIII. Turcarum Rex in Perside Abrahamum Ducem cum centum millibus hominum in Armeniam misit, qui post insignem de Romanis reportatam victoriam, mense Septembri, indictione secunda, ut habet Cedrenus pag. 773. iterum cum Romanis pugnavit, ubi Turcæ quidem vicere; sed non incruenta victoria. Illud certe quidem, inquit Zonaras, si quis vere consideret, ei (nempe Constantino Monomacho Imp.) acceptum ferri potest, quod Oriens Marte Barbarico est subactus, ob magnas nempe eius profusiones. Sunt autem Turci gens Hunnica, populosissima & libera, Caucasorum montium septentrionale latus accolens ait Zonaras, qui addit seditione inter Saracenos orta; alios oppugnasse, & Turcas hac occasione bene usos Saracenis Imperium abstulisse & sibi parere coegisse. Occiso Saracenorum Duce, exercitus cum Turcis conspiravit, qui suam fecerunt Perfidem, ac Tangrolipaci nomen Sultani imposuerunt, qua voce summus Imperator ac Rex Re-

dem (ut declarantur eventa) ex Dei vindicta prodidisse noscuntur isti, tamquam e vagina gladius, in Orientalium schismaticorum ultionem, cum iisdem traditi postea omnino fuerint. Qui multis remediis frustra tentatis, nec respicientes, potati calice iræ Dei, soporem conciliantis, ac lethargum inducentis, non sinuntur nocere damna sua, & causas ipsorum inquirere, ut sanentur. Nec absque consideratione prætereundum est, quod eo tempore sunt Turcæ in damna Imperii Orientalis educi, cum Constantinopolitanæ Ecclesiæ male præfesset schismaticorum signifer Michael Cerularius, Latinorum omnium infensissimus hostis, prout, quæ suo loco de ipso dicturi sumus, aperte docebunt.

An-

gum notatur, ut scribit Cedrenus, qui subiungit secundum hæc Sultanum Regno præclare constituto, bello petere finitimos Regulos instituisse. Ab hoc itaque tempore Turcarum potentia repetenda.

Elmacinus lib. 3. Hist. Sarac. cap. 7. Tangrolipecem Togulbreicum appellat, & initium Imperii Sultanorum cum an. Hegiræ CCCCXLVII. Christi sc. MLV. alligat, ideoque existimandum, Cedrenum & Curopalatem pluribus annis gesta uno tenore recitare. Porro, ut ostendit Ducangius in Dissert. XVI. ad Joinvillam, Sultanum vocem esse Persicam, probat vetus Numisma Chofrois Cabadæ filii Regis Persarum, ibidem descriptum, in quo ASSOLTAN inscribitur; idest, Rex Regum; quem titulum sibi arrogat in Epist. ad Justinianum Imper. apud Menandrum Protectorem Ecl. 1. ut & alter Choltroes apud Theophylactum Simocattam lib. 4. cap. 8. lib. 5. cap. 13. Plura ibidem Ducangius de Turcarum Sultanis.

VIII.
Turcarum
Principes
Sultani
appellati.